



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 75. Belgradum a Solimano expugnatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

ctoribus opponere potuisset, quibus in Saccul. XVI.  
sermonis elegantia nullo pacto cedebat, A.C. 1521.  
longeque in doctrinæ eminentia eos su-  
perabat. Variis temporibus ejusdem li-  
bri Tubingæ, Francofordiæ & alibi ty-  
pis vulgati prodierunt.

§. LXXIV.

*Solimanus Turcarum Imperator.*

Interea non pauci Principes faventibus  
publicis scissionibus Imperii sui fines  
extendere nitebantur, quod consilium, ut  
ipsem quoque Solimanus Turcarum Im-  
perator Selimi filius prospere exequere-  
tur, non parum adjuvit bellum Carolum  
inter & Franciscum jamjam inchoatum:  
cum enim novus hic Imperator Seditio-  
nem in Syria conflatam sedasset, & Ga-  
zellæ Gubernatorem rebellium caput  
neci dedisset, ipse non modo Imperii,  
sed & grandium, quæ ejus Pater fabri-  
caverat, consiliorum hæres cum poten-  
tissimo exercitu Hungariam invasit.

§. LXXV.

*Belgradum a Solimano expugnatum.*

Igitur cum prosper armorum successus Isthuanf. l. 7.  
Solimani fortitudinem atque audaciam Leuncl. l. 8.  
acueret, hoc anno in Mense Septembri Dubrav.  
Albam Græcam, seu Belgradum cin- l. 33.

**Sæc.** XVI. xit, ac sexta obsidionis hebdomada ex.  
A.C. 1521. pugnavit. Hujus propugnaculi jacturam  
 vehemente dolebat Carolus Imperator,  
Steid. comm. veritus, ne pari fato tota Hungaria Tur-  
l. 3. p. 79. Raynal. hoc carum armis succumberet.  
ann. n. 122.

### §. LXXVI.

#### *S. Reliquiae Constantinopolim translatæ, ac rursus Belgradum missæ.*

Parta urbe Solimanus inde Constanti-  
 nopolim detulit quasdam sacras Re-  
 liquias, nimirum Corpora SS. Thetæ,  
 & Venerandæ, Brachium S. Barbaræ,  
 necnon imaginem B. Virginis miracu-  
 lis claram; has Christiani pecuniis re-  
 dimebant; cum enim Solimanus Chri-  
 stianos, ut eas recuperarent, summo  
 flagrare desiderio cerneret, Jeremiam  
 Patriarcham Constantinopolitanum ac-  
 cersivit, eique injunxit, ut ipsi pro illis  
 duodecim solidorum millia numera-  
 ret; si vero hoc paſto Reliquias redime-  
 re renuerent Christiani, minitabatur  
 Solimanus, projecturum se illas omnes  
 in mare. Evidem immoda erat hæc  
 summa, cum tamen thesaurus hic facer  
 profanari timeretur, quem Patriarcha  
 ceterique Christiani verum, proin pre-  
 tiosissimum existimabant, ideo a fideli-  
 bus ægre licet, utpote pauperrimis ea  
 summa colligebatur. Idem Jeremias,

qui